

Titulum operis Musici nisi recta
 Viennam ad summum Musices pa-
 tronum Wagherium mei amantissi-
 mum, nec quicquam dubito, quin
 impetremus privilegium. Mira ta-
 men vestra est festivitas, qui nobis
 transmittitis tripudia & cantus, cum
 nos haud obscuris indiciis in vos di-
 rigamus tormenta bellica. Nam mi-
 les, quem ex Austria colligit Hispa-
 nus, promovente Cæsare, etsi fertur
 in Italiam profecturus, leviori ta-
 men operâ & majori partium emo-
 lumento custos Alpibus apponitur
 contra Protestantes, aut cuneus et-
 iam ad illas aperiendas, si pace in
 Italia facta, exercitus illi traducen-
 di fuerint in Germaniam.

Harmonica, de quibus scribis,
 Porphyrii planè eadem sunt cum
 exemplari meo, quod ibidem desi-
 nit: quod nisi ex Heidelbergensi

B

plura